



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XIX. S. Beggae andennense Collegium Canonicorum &  
Canonissarum in Comitatu & d. Namurcensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

## CAPUT XIX.

**S. BEGGAE ANDENNENSE COLLE-**  
*gium Canonicorum & Canonissarum in Co-*  
*mitatu & d. Namurcensi.*

**C**irca annum Christi 673. vel proximè sequentes S. Beggæ, soror S. Gertrudis Niuellensis, post cædem mariti sui Ausegis Monasteriū seu Collegium Andennense haud procul à Mosa Fluuio fundauit, & ab Agulte Abbatissa Niuellensi Virgines ac Sanctorum reliquias petijt ut cœptum posset opus absoluere. Id disertè legitur, in vita Sanctæ Gertrudis & S. Beggæ. Sigebertus autem Gemblacensis ista ad annum 686. refert. Vide Supra cap. 14.

Est autem Andana, seu Andenna, ut Sigebertus in Chronico nuncupat, pagus insignis in Comitatu & diœcesi Namurcensi ad Mosam Fluuium situs, in quo septem Basilicæ seu Sacella, per S. Beggam excitata hodieq; visuntur. In primaria autem Basilica residet insigne nobilium Virginum Canonicarum, (quæ triginta sunt numero) collegium, quibus Canonici decem in Diuinis officijs subserviunt.

Obiit autem Begga anno 698. Martyrologij Romani tabulis ad diem 17. Decembris adscripta.

Multi

Multi Begginas virgines, quarum apud Beggas plurimi ac copiosi sunt conuentus, à Sancta Begga nomen, & institutum accepisse existimant. Et verò multa hodieq; Begginis <sup>Beggina-</sup>  
cum virginibus istis, quas Canonicas nuncu- <sup>rum Vir-</sup>  
pamus, sunt communia, ut potè quod vtrisq; li- <sup>ginum o-</sup>  
gitum sit ad nuptias transire, & separatim ha-  
bitare. Perpetuo enim Castitatis voto sese ob-  
stringere nec hę nec istæ solent. Quanquā non  
sum nescius, multos contendere, olim Cano-  
nicarū istarū, vt ceterarum virginū collegia, si  
non omnia, saltem pleraq; voto sese castitatis  
perpetuæ solita obstringere; et si id ipse Cano-  
nicæ ægrè forsitan admittant. Qua de re vide  
Molanum libro de Canonicis.

## CAPUT XX.

S. MARTINI COLLEGIVM METRO-  
politanum Ultraiectense, & alia eiusdem  
Vrbis.

**I**N Dicēcī Ultraiectina opida muris cin-  
cta sunt ista: Ultraiectum, Amersfordia,  
Narda, Muda, Vesopia, VVœrdena, Leida,  
Haga comitis, Delfi, Brila, Gerflitum; Schi-  
damum, Vlardinga, Roterodamum, Dordra-  
cum, Gorcomium, Hukela, Aspera, Tiletum  
siue Tiltum, Bura, Culenburgum, Viana, A-  
quæ veteres, Sconhouia, Gauda, Montfor-  
tum, Iselstenium, Rhena, VVageringa,  
Arnhemium, Embrica, & Huissenium. Ex  
quibus